

NOTITIAE BIBLIOGRAPHICAE

INDICIUM DE PRIMIS VOLUMINIBUS BIBLIOTHECAE HISTORICAE CONGREGATIONIS SS.MI REDEMPTORIS MOX PRODITURIS

R. mus P. Generalis Leonardus Buijs b.m. in decreto «De instituendis commentariis historicis C^{ss}R» (*Spicilegium historicum*, 1, 1953, 5-6) duplicem seriem edendam esse constituit, scilicet foliorum periodicorum: *Spicilegium historicum C^{ss}R*, et voluminum: *Bibliotheca historica C^{ss}R*, «quibus documenta et studia maioris molis et momenti producantur».

Anno igitur 1955, non paucis «iubilaeis» historicis nostrae Congregationis illustri (vide supra inter Notitias chronicales VI, O. GREGORIO, *Date memorabili del 1955*), oblatio primitiarum Bibliothecae historicae optime convenire videtur.

Voluminum quae parantur vel iam sub prelo gemunt, haec est materia (de exactis titulis nondum constat):

Vol. 1. O. GREGORIO, Vita episcopi Thomae Falcoia (pars 1); eiusdem epistulae collectae (pars 2).

Vol. 2. TH. LANDTWING, Historia collegii de Fribourg, an. 1827-1848, quod inter principales domos Congregationis transalpinae connumerandum est.

Vol. 3. AUCTORES VARI: Relationes in mariano Congressu, Romae an. 1954 celebrato, de habitu inter s. Alfonsum et theologiam marianam.

Vol. 4. E. HOSP, Vitae duorum eximiorum s. Clementis discipulorum, PP. um Ioannis Madlener et Francisci Springer.

Vol. 5. L. LIEBHART, Historia missionum popularium tempore imperatricis Mariae Theresiae, ex fontibus adhuc inexploratis congesta.

Facile erit unum alterumve volumen noni ordine numerorum, sed ordine potius impressionis, quae in distinctis locis peragitur, editurum iri.